



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.43. Conversio S. Hermenegildi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

fuerant, implevit. Jam tu & Bertran. Sæculum VI.
 dus Accusator Fratris sui excommuni- A.C. 580.
 candi estis. Nempe Gregorio objectum
 crimen diluente ipsi calumniæ convin-
 cebantur. Ego excommunicandus? in-
 quit Rex, nihil aliud dixi, quam illa quæ
 ab alio audiveram, atque Episcopis scis-
 citantibus, quis ejusmodi sermonis fuisse
 set Auctor, respondit, Ludastum fuisse.
 Tunc omnium Episcoporum una senten-
 tia fuit, Ludastum, qui tunc discesserat,
 scandali Auctorem, Episcopi calumnia-
 torem, & famæ Reginæ, quoad poterat,
 prædonem ab omnibus Ecclesiis esse ex-
 communicandum, dataque Epistola ab-
 sentes Episcopos quid decretum fuisse
 monuerunt.

Hæc Synodus Brenniana ad annum
 580. refertur.

§. XLIII.

Conversio S. Hermenegildi.

Elapso exinde quadriennio sub initium Sept. anno 584. Chilpericus Rigon- Greg. VI.
 tem filiam suam Recaredo Leovigildi c. 45. Id. V. hist.
 Regis Visigothorum in Hispania filio se- c. 39.
 cundo genito nuptui dare constituit. Levigildus suscep-
 tis ex prima uxore duobus filiis Hermenegildo & Recaredo se-
 cundam duxit Goswindam Athanagildi
 alterius Regis Visigothorum Viduam,
 quæ Brunehildem Regis Sigeberti uxo-

Sæculum VI. rem pepererat. Leovigildus filio suo pri-
 A. C. 580. mogenito Hermenegildo Conjugem de-
 dit Ingundem Sigeberti & Brunehildis
 filiam ideoque Goswindæ Neptem, quam
 illa in Hispania adventantem maximo
 gaudio excepit. At brevi Religionis
 diversitas pacem turbavit; nam Ingun-
 dis Religioni Catholicæ fideliter inhære-
 bat, econtra Goswinda Arianæ Hæreti-
 pervicaciter erat addicta. Cum igitur
 ea Nepti persuadere conaretur, ut pate-
 retur se rebaptizari, & nihil effecisset
 blanditiis, in furorem acta capillis ap-
 prehensam terræ afflit, diu calcibus
 proterit. Tum sanguine suo persusam
 & spoliatam vestibus aquæ immergi ju-
 bet, ut invita rebaptizaretur. Nihil o-
 minus Ingundis in Fide Catholica perse-
 veravit.

Greg. M. III

Dial. c. 31.

Greg. Tur.

v. hist. c. 39.

Imo ipsa Hermenegildum Maritum
 ad Fidem convertit; nam postquam Rex
 Parens Leovigildus filio, Civitatem Hi-
 spalensem dedisset, in qua Sedem figeret,
 Ingunde vehementer instante, ut Catho-
 licis adscribi vellet, a S. Leandro Epis-
 copo Hispalensi in Doctrina Fidei maxi-
 ma cura eruditus, cum diu fuisset reli-
 quatus, ad Catholica Sacra transiit. In
 Confirmatione Nomen Joannis accepit,
 sed sub priore Nomine Hermenegildus
 notissimus est. Rex Pater, comperta
 filii conversione, omnes Catholicos perse-
 qui

*Leovigildus
 Catholicos
 persequitur.*

qui cœpit. Multi relegati, aut Bonis Sæculum VI.
suis spoliati. Alii verberibus affecti, in A. C. 581.
carceres detrusi, fame, aut variis suppli- I/d. Goth.
ciorum generibus necati. Multi Epis-hist. æra 607.
copi in Exilium pulsæ, Ecclesiæ suis redi-
tibus & Privilegiis privatæ. Haud exi-
guus Catholicorum numerus vel timore
fractus, vel Regis munificentia pver-
sus a fide defecit. Aliquos Rex reba-
ptizari jussit, & quidem etiam Episcopos,
quos inter Vincentium Cæsaraugusta-
num suisse legimus. Hæc anno 580. Re- Jo. Biclar.
gni Leovigildi undecimo contigerunt;
at anno sequente 581. Toleti Synodum
Episcoporum suorum Arianorum cele-
brari curavit, in qua statutum, ne illi,
qui a Religione Romana ad ipsos transi-
rent, amplius rebaptizarentur, sed satis
effet, si eis manus imponerentur, & da-
retur Communio. Item decretum, ut
in oratione diceretur: *Gloria Patri per*
Filium in Spiritu Sancto. Hæc deci-
siones causæ fuere, cur multi Catholico-
rum seducerentur.

Interim Hermenegildus, cum sciret,
Patrem sibi interitum parare, ad Græco-
rum auxilium respexit. S. Leandrum Greg. præf.
Constantinopolim misit, & pacta iniit in Job.
cum Præfecto Cæsareo exiguæ Ditionis, Greg. Tur.
quam ut tueretur, Imperator bellum ad-
versus Visigothos gerebat. Itaque Her-
menegildus aperte seditionem commo- VI. hist. c. 43.
vebat,

Sæculum VI. vebat, ignarus, inquit Gregorius Turo-

A.C.581.

nensis, Dei Judicium sibi imminere, quod

Patrem utut Hæreticum invaderet
Patris vero iram reformidans, cum ille
misisset, qui filium ad Colloquium invi-
tarent, venire recusavit, quo exacerba-
tus Leovigildus Græcorum Præfecto nu-
meratis triginta solidorum aureorum
millibus corrupto, exercitum eduxit
contra filium, qui & ipse, uxore Hispal
relicta, sua agmina parenti objecit. Ve-
rum ubi dimicandum fuisse, Græcis ab
Hermenegildi partibus perfide deficien-
tibus ipse in Ecclesiam fugit, ut triste fa-
tum devitaret, quo vel ipse patris manu
periret, vel Patri mortem inferre coge-
retur. Leovigildus misso ad eum Re-
caredo altero filio juratam fidem dedit,
si se submitteret, nullam pœnam esse su-
biturum. Petiit Hermenegildus ut Rex
Parens ad se veniret in Ecclesiam; tum
limen ingredientis pedibus se advolvit.
Leovigildus jacentem erigens osculatus
est filium, & blande compellatum in ca-
stra deduxit. Deinde vero Rege innuen-
te, quibus imperatum erat, Hermene-
gildum comprehendunt, detractis regiis
vestibus centonibus contegunt, famulos
omnes uno excepto amovent, & Valen-
tiā in destinati exilii locum ducere cœ-
perunt. Hæc anno 583. Mauritii Impe-
ratoris secundo, & Leovigildi decimo
sexto

sexto gesta sunt. Ingundem vero Her- Sæculum VI.
menegildi Conjugem Leovigildus capere A. C. 581.
non potuit, sed illa in potestate Græco- Jo. Biclar.
rum remansit, dumque illi iter faciunt Greg VI.
Regiam Principem cum filio parvulo ad hist. c. 43.
Imperatorem perducturi, præmaturo fa- VIII. c. 28.
to e vivis erepta est. Timuit Leovigil-
dus, ne Childebertus Rex defunctæ fra-
ter, injuriam sororis ulturus, sibi bellum
inferret; hinc Chilperici affinitatem ex-
optans pacta de Nuptiis filii sui Recare-
di secundo geniti & Riguntis hujus Re-
gis filiæ init. Ecce vero antequam
Sponsa in Hispaniam perveniret, Chilpe-
ricus interfectus est, & hæ Nuptiæ nun-
quam initæ sunt. S. Leander Episcopus
Hispalensis Constantinopolim perveniens
Hermenegildi Legatus novum ibi Pa-
triarcham, & novum Imperatorem in-
venit.

§. XLIV.

*Ioannes jejunans Patriarcha Constan-
tinopolitanus.*

Eutychius Patriarcha post redditum ad- vit. S. Eut.
huic annis quatuor in vivis egit, ap. Boll. 6.
& patravit aliqua miracula. Jam Septua- Apr. c. 10.
genarius in morbum incidit, atque Ti- Greg. XIV.
berio Imperatori ægrotantem se invisen- Mor. c. 29.
ti prædictus Sanctus Episcopus, ipsum
Principem brevi moriturum. Illo etiam
tempore S. Gregorio violenta Febri de-

I 5 cum-